



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

XII. An homo sit liberi arbitrij in actionibus naturalibus & ciuilibus?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

**HÆRESIARCH. PHILOSOPHI**, ut Aristoteles, docuerunt Deum ex necessitate agere. Abailardus, telle Tho. VVald. l. i. doctr. fidei. c. 10. docuit Deum non posse facere, nisi quæ facit. Sic & WICLEFVS.

LUTHERANI & CALVINIANI sentiunt idem:

Vide in Lutherio-cal. p. 4. q. 38.

**PAPISTA.** Natura dictauit Philosophis hominem liberi esse arbitrij; quāto magis Deum; cuius ad imaginem creatus est homo? Nullam vero incumbere Deo necessitatem obiectine ab revilla creatu; nisi absolute ab se ipso; vt cuius Velle est Esse Dei; ac proinde necessarium; assertunt S. Patres: ut S. Ambri. l. 2. de fide, c. 3. *Hæc operatur unus id est spiritus S. dividens singulis prout vult, i. pro liberu voluntatis arb. non pro necessitatibus obsequio.* S. Greg. Nyss. l. de Fato. c. vlt. *Voluntatem Dei servire necessitatibus, non fas est dicere. Etenim necessitatis est Conditor.* Infra: *Omnipotens neque natura necessitate, neque legis prescripto operatur; sed sunt illi omnia contingentia, etiam necessaria.*

**RATIO** S. Hieron. Chrys. Theoph. *Quia Multa Deus operatur præter ordinem naturæ, ut miracula: at si operaretur ex necessitate naturæ, semper eodem modo operaretur: ergo libere operatur.* Vide in Lutherio-cal. p. 4. q. 38.

### QVÆSTIO XII.

*An homo sit lib. arb. in operibus naturalibus ac ciuilibus?*

**HÆRESIARCHÆ** cùplures id negarunt, & anathematizati sunt. Ut Simon Magus, teste S. Clem. l. Recognit. Bardesanes sub annum 170. ait Aug. l. de her. c. 35. Mahomet annis 100. post, teste S. Hier. in prefat. dialog. contra Pelag. Priscillianus sub annum 390. ait Aug. ibid. Istos damnante's. Leone epist. 91. & Cone. Bracarensi. Abailardus sub annum 1100. Viclefus.

LUTHERVS & Melanchthon principio item negarunt: postea cantatæ palinodia affirmarunt.

**CALVINVS** verò cum sequaculis pernegat. Vide in Lutherio-cal. p. 4. q. 40.

**PAPISTA.** Homo in cunctis naturalibus ac ciuilibus negotiis est purè liberi arbitrij absque omni & Coactione & Necessitate interiore ab natura, seu Deo, genioque alio. Docent id Scripturæ multiplices in meo Antichristop. 4. q. 23. Item Traditio continua, & damnatio hæreticorum. Item S. Patres. Vnde S. Hier. vbi supra: *Manichæorum est hominem damnare naturam, & liberum auferre arbitrium.* S. Iren. l. 4. c. 72. *Si non in nobis esset facere aut non facere; quam causam habebat Apostolus, & Dominus consilium dare, que facere, à quibus abstinere oporteat.* Clem. Alex. l. i. Strom. *Sed nec laudes, nec vituperationes, nec honores, nec supplicia iusta essent, si anima non habeat liberam potestatem.* &c. Vide Bell. l. 4. c. 9. & Rationes, c. 10.

### QVÆSTIO XIII.

*An possit solis naturæ viribus cognosci verum: Morale, & Bonum Morale agi?*

**I. HÆRESIARCH. PELAGIANI**, sub annum 416 dicebant rectè Legem Eei, in Veteri ac Novo Test scriptam esse Donum Dei: at affingebant, seruari cam solis nature vi:ibus posse, cum auxilio Dei Generali.

**CALVINISTÆ** prorsus affirmant idem. Vide in Lutherio-cal. p. 4. q. 42.

**PAPISTA.** Aliquod verum Morale potest cognosci naturaliter solum cum auxilio Generali: At veritates plures, grauiores, aut omnes requirunt Speciale.

Vnde Concil. Mileuitanum anno eodem damnans Pelagianos ait can. 4.

